



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

III. Peraequatio & relevatio censuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

communi omnium sermone celebra-
tur. Ex annuis tributis quæ terræ no-
mine conferebantur, quartam detra-
hens partem, agrorum possessoribus
donavit: adeo ut si hujus annuæ detra-
ctionis rationem inieris, quarto quoque
anno fructuum Domini à præstatione
tributaria immunes essent. Quod qui-
dem lege sancitum, & in futurum tem-
pus confirmatum, non præsentibus mo-
do, verum etiam liberis posterisque
eorum, perpetuam nullaque oblivione
delendam Imperatoris beneficentiam
præstitit.

CAPIUT III.

Peræquatio ac relevatio censuum.

Iam verò cum nonnulli terræ descri-
ptiones & jugationes à superioribus
Principibus factas reprehenderent, a-
groisque suos nimium oppressos esse que-
rerentur, hic etiam Princeps justitiæ le-
gibus obtemperans, peræquatores mit-
tebat, qui à supplicantiis damnum de-
pellerent.

CAPIUT IV.

*Quomodo in pecuniariis causis, iis qui causa
cecciderant, ipse de suo largiebatur.*

Quin etiam quoties inter duos liti-
gantes sententiam pronuntiave-
rat, ne forte is qui causa ceciderat, tri-
stior eo secundum quem lis dicta erat
abscederet, ex propriis bonis donabat
victis, interdum prædia, nonnunquam
pecunias: hac ratione efficiens, ut vi-
ctus non minus quam is qui causam ob-
tinuerat, letus domum rediret, utpote
qui in conspectum Principis venire me-
ruisset. Neque enim fas esse existima-
bat, ut qui coram tanto Principe stetit-
set, maestus unquam ac tristis recede-
ret. Proinde uterque litigantium læto
ac renidenti vultu ex iudicio redibat:
& Imperatoris animi magnitudo cun-
ctis admirationi erat.

CAPIUT V.

*Scytharum per signum crucis devictorum
subactio.*

Quid hic necesse est quasi obiter
commemorare, quomodo ille bar-
baras gentes sub Imperii Rom. ditione
redegit: qualiter indominatas antehac,
nec ulli unquam parere suetas Scytharum
Sarmatarumque nationes, primus
sub jugum misit, ac per vim eò adegit, ut
vel invitati dominos agnoscerent Roma-

μένων, τὴν τετάρτην ἀφελὼν μοίρων, τὰς τῶν
ἀγρῶν δευτέραις ἐδωρέτο ταῦτα, ὡς τὰς
χρῶμας τὴν καὶ ἑτ' ἀφαίρειν, δὲ καὶ τὰς
ἰσῶν συμβαίνειν ἐνιαυτῶν ἀνεσφοδρῶν
δαυτῆς τῶν καρπῶν οἰκητορας, ὁ δὲ καὶ
κυσῶθεν, κρατήσαντε καὶ εἰς τον μελέπαιον
νον, εἰ τοῖς παρεσσι μόνον, ἀλλὰ καὶ παισὶ
διαδόχοις τε τοῖς τέτων, ἀλλήσον ἐ δαυτῶν
σαν παρήχε τὴν βασιλέως χάριν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ΄.

Εξισώσεις καὶ βεβαρημένων κτήτων.

Ἐπειδ' ἕτεροταῖς τῶν πρότερον κρατῶν
των τ' γῆς καλαμετερήσας κατεμάχοντο,
βεβαρηθεῖσαι αὐτῶν τὴν χώραν καταπι-
μενοι, πάλιν κἀνταῦθα θεσμῶν δικαιοσύνης
ἀνδρας ἐξισώσας κατέπεμπε, τὰς τὸ ἀδίκαιον
τοῖς δευθεῖσι παρέξοντας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ΄.

*Ὅτι τοῖς ἐν χρηματικαῖς δίκαις ἠτῆθῆσαν αἰσῶν
οἰκίων ἰχαρίζετο.*

Ἄλλοις δικάσας βασιλεύς, ὡς ἀνὰ μὴν τὴν
ἀληθῆν παρ' αὐτῶν μέεθ' ἦν ἀπαλ-
λάτῃσι, χαίρων ἐδωρέτο ἔ νενηκίτ' οἰ-
οικείων τοῖς νενηκίταις, ἀρὶ μὲν κτημα-
ἀεὶ ἢ χεμήσια. ἔ κρατήσαντ' οἰκῶν οἰκῶν
χαίρων τὸν ἠτῆθῆσα ὡς δασκιδάων, ὡς ἀπὸ
αὐτῆς θεῶς ἀξιοθῆναι. μὴ γὰρ εἶναι ἀλλο-
τοσέτω βασιλεῖ ὡς ἀνάστα, καὶ ἠφίλα καὶ
λυπηρὸν ἀπαλλάτῃσαι. ἔτω δ' ἰσομα-
Φαιδροῖς καὶ μεδιῶσι προσώποις ἀνδρῶν τῶν
δίκης. ταῦτα δ' ἐκράτει τὰς πάντας τῆς βα-
σιλείας μεγαλονοίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

*Σκυθῶν ὑποταγὴ εἰς τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ καὶ
νεκύντων.*

Τὶ ἴδεῖ μέχει λόγος πάρερον πνεῦμα
ὡς τὰ Βαβυλῶνα Φύλατῃ Ρωμαίων
δυσέταθῃν δεχθῆ. ὡς τὰ Σκυθῶν ἐ Σαυ-
μαλῶν γῆν μὴ πρότερον δ' αὐτῶν μεμα-
κότα, πρῶτος αὐτὸς ὑπὸ (υγὸν ἠγάγε δ' αὐτῶν
τὰς ἠγείσαι Ρωμαίους, καὶ μὴ δ' ἐλόντας αὐτῶν
ταγατάς.